

*Ad aquas Aponi (cf. not. 5) rep., est Veronae (V 2787 vidit Mommsen). — 1) Lusit (vel: lusor). — 2) Cuius generis ἐπιδείξεις (productiones; cf. Aelian. var. hist. 9, 56: ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο; Dio 62, 2 οὔτε ἐπέδειξατο οὐδέν, καίτοι ἐν .. τῇ πατρὶδι τραγῳδίᾳν ... ὑποκρινάμενος) intellegantur, per se obscurum; ad scaenam pertinere colligi potest ex iis quae sequuntur. — 3) Cum cetaes his plane obscuris composuerunt Iahn et Mommsen, quod Patavii fuerunt ludi cetasti (sic traditur) vel potius cetarii ab Antenore Troiano instituti (Tac. ann. 16, 24), tricesimo quoque anno editi (Dio 62, 20), et quod Pomponius Secundus in scripto quodam ad Thraseam Paetum Patavinum, qui ipse in ludis illis habitu tragico cecinerat' (Tac. l. c), cetaria vocabulum posuerat (Charis. p. 125 K.). — 4) Grex genere feminino adhibitum a Lucilio et Lucretio. — 5) Aquis Aponi (cf. supra N. 5894. 5894<sup>a</sup> cum not. 1). — 6) Haec plane obscura. — 7) Similes numeri etiam in aliis titulis Patavinis, cf. Momms. l. c.*

**5203** d. (ascia) [m.] | Afrosidis .. | symmele ..<sup>1</sup> | grex Ga[ll.] | Memphi et | Paridis<sup>2</sup>, P. M.<sup>3</sup> et | Sextis administran[t]ibus.

*Nemausi (XII 5547 p. 837 vidit Hirschfeld). — 1) symmele .. certum; potest fuisse symmelei. Significabatur officium quod Aphrodisius, sive Aphrodisia fuit, in grege administravit, quale fuit symphoniaici (Momms.). — 2) Nomina vel agnomina histrionum quos L. Verus ex Syria secum adduxerat (de Memphio cf. supra N. 5187; de Paride Veri vit. Veri 8, 7), sed quae tralaticia fuisse notum est. — 3) Publio, Marco? (Momms.); panto-mimorum, in mentem venerat Hirschfeldio.*

**5204** dis | manibus | Primigeni | scaenici ex | latione Eudoxi.  
*Arelate (XII 737 vidit Hirschfeld).*

**5205** scaenici | Asiaticia[n]i et | qui in eo[rd]em cor[pore] sunt, | vivi sibi fe[ce]runt.

*Viennae (XII 1929 vidit Hirschfeld). — 1) Fortasse nomen habuerant a Valerio Asiatico senatore Viennensi (cf. supra N. 212 not. 2), ut coniecit Charvet Viennensis.*

**5206** [M.] Aurelio Augg. lib. | Plebeio | electo locatori<sup>1</sup> d[iu]rno, scribae et ma[g]istro perpetuo cor[p]oris scaenicorum L[a]tinorum, incomp[arabili] fide rem publicam gerenti corpor[is supra] | scripti, mancip[es] | gregum do[minorum] | Augg. . . . . | et . . . . .

*Albani rep., nunc Romae (XIV 2299 vidit de Rossi). — 1) Locator fuit scaenicorum, cf. N. 5207. 5208 not. 1; item N. 5195. Ceterum mirum est hunc dici electum locatorem diurnum, nisi forte haec separanda sunt.*

**5207** Q. Gavius Armonius | loc. scaenicorum<sup>1</sup>, | vixit annis XXIII m. VI.

*Romae rep. prope portam S. Sebastiani (VI 5819. 40095; nuper Épinal in museo vidit Hirschfeld). — 1) Alius locator scaenicorum est VI 40092.*

**5208** T. Uttiedius Venerianus | archimim. Latinus et of[icialis] (sic) | an. XXXVII, promisthota<sup>1</sup> an. | XVIII, vixit an. LXXV, vivos sibi et | Alfene Saturninae coniugi suae bene de se meritae. | Alfena Saturnina an. LI. | H. [m.]<sup>2</sup> h. n. s.

*Philippis (III S. 7545 integram descr. saec. XV Constantinus Lascaris, partem saec. XIX Heuzey). — 1) Idem ut videtur quod locator scaenicorum. — 2) a. excepit Lasc.*